UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XLVII. Quomodo Constantinus matrem deposuit: & qualiter illam coluit dum viveret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

erga Deum religionem omni piorum operum genere declarantem.

A νην, τήν τε πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν διὰ πάσης θεοφιλοῦς πράξεως ἐπιδεικνυμένην.

Caput XLVI.

Quomodo octogenaria teſtamento facto, è vita deceſſit.

IAm verò cùm ſatis longo vitæ ſpatio decurſo ad feliciorem ſortem vocaretur, annum ætatis agens circiter octogeſimum, in ipſo mortis confinio poſita, teſtamento facto, ultimam voluntatem declaravit, hæredem relinquens unicum filium, ſolum Imperatorem ac dominum orbis terrarum, cum filiis nobiliſſimis Cæſaribus nepotibus ſuis. Quorum ſingulis, bona quæ per univerſum orbem poſſidebat, diviſit. In hunc modum teſtamento facto, diem ultimum clauſit, præſente & adſtante ipſi tali tantóque filio, & omni obſequiorum genere matrem fovente, manúſque ejus amplectente. Adeò ut nequaquam mori mulier beatiſſima, ſed potius caducam hanc vitam cum immortali vita commutare, rectè ſentientibus videretur. Anima igitur illius in incorruptibilem & angelicam ſubſtantiam reformata, ad Deum Servatorem ſuum aſſumpta eſt.

Κεφ. Μϛʹ.

Ὅπως ὀγδοηκοντοῦτις οὖσα καὶ διαθεμένη ἐτελεύτα.

ΕΠεὶ δὲ λοιπὸν τὰ τοῦ αὐτάρκους διανύσασα ζωῆς, ἐπὶ τὴν κρείττονα λῆξιν ἐκαλεῖτο, σχεδόν που τῆς ἡλικίας ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα ἐνιαυτοὺς διαρκέσασα, πρὸς αὐτῷ γενομένη τῷ τέλει, συνετάττετο καὶ διετίθετο. ἐπὶ μονογενεῖ υἱῷ βασιλεῖ μονάρχῳ κοσμοκράτορι,
B παισί τε τούτου καίσαρσιν ἑαυτῆς ἐγγόνοις, τὴν ὑστάτην βουλὴν διοριζομένη, διανέμουσά τε τῶν ἐγγόνων ἑκάστῳ τὰ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως, ὅση τις αὐτῇ καθ' ὅλης ὑπῆρξε τῆς οἰκουμένης· καὶ δὲ τὴν διαθεμένη τοῦτον τρόπον, λοιπὸν τὸν τοῦ βίου κατέλυε τελευτῶσα, παρόντος αὐτῇ καὶ παρεστῶτος υἱοῦ τοσούτου, θεραπεύοντός τε καὶ τῶν χειρῶν ἐφαπτομένου, ὡς μὴ τεθνάναι εἰκότως τὴν τρισμακαρίαν τοῖς εὖ φρονοῦσι δοκεῖν, μεταβολὴν δὲ καὶ μετάθεσιν ἀληθεῖ λόγῳ τοῦ γεώδους ζωῆς ἐπὶ τὴν οὐράνιον ὑπομεῖναι. ἀνεστοιχειοῦτο γοῦν
C αὐτῇ ψυχή, ἐπὶ τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀγγελικὴν οὐσίαν, πρὸς τὸν αὐτῆς ἀναλαμβανομένη σωτῆρα.

Caput XLVII.

Quomodo Conſtantinus matrem depoſuit: & qualiter illam coluit dum viveret.

CAdaver autem ipſius honore haudquaquam vulgari affectum fuit. Nam cum ingenti ſatellitum numero in regiam urbem pervectum, ibidem in regali monumento depoſitum eſt. Hoc modo Imperatoris mater vivendi finem fecit; mulier ſempiternâ memoriâ digniſſima, tum ob religioſos actus quibus enituit, tum ob præſtantiſſimum illum & admirabilem fœtum qui ex illa ortus eſt. Quem quidem ob ceteras res, maximè verò ob pietatem in matrem, beatum convenit prædicare. Quippe illam, cùm antea Dei cultrix non eſſet, tam piam ac religioſam præſtitit, ut à communi omnium Servatore inſtituta fuiſſe videretur. Regalibus autem honoribus ita eandem ornavit, ut in omnibus provinciis, tum à paganis tum à militibus Auguſta & Imperatrix nuncuparetur, & aurei nummi ejus imagine ſignarentur.

Κεφ. ΜΖʹ.

Ὅπως τὴν μητέρα Κωνσταντῖνος κατέθετο, καὶ πρὸ τούτου καὶ ζῶσαν ἐτίμησεν.

ΚΑὶ τὸ σκῆνος δὲ τῆς μακαρίας, οὐ τῆς τυχούσης ἠξιοῦτο σπουδῆς, πλείστῃ γοῦν δορυφορίᾳ ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἀνεκομίζετο. ἐνταυθοῖ δὲ ἠρίοις βασιλικοῖς ἀπετίθετο. τοῦ μὲν οὖν βασιλέως ἐτελεύτα ἡ μήτηρ, ἀξία γενομένη μνήμης ἀλήστου, τῶν τε
D αὐτῆς εἵνεκα θεοφιλῶν πράξεων, τοῦ τ' ἐξ αὐτῆς φύντος ὑπερφυοῦς καὶ παραδόξου φυτοῦ, ὃν πρὸς τοῖς ἅπασι, καὶ τῆς εἰς τὴν γειναμένην ὁσίας μακαρίζειν ἄξιον, οὕτω μὲν αὐτὴν θεοσεβῆ καταστήσαντα, οὐκ οὖσαν πρότερον, ὡς αὐτὴν δοκεῖν ἐκ πρώτης τῷ κοινῷ σωτῆρι μεμαθητεῦσθαι. οὕτω δὲ ἀξιώματι βασιλικῷ τετιμηκότα, ὡς ἐν ἅπασιν ἔθνεσι, παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν, Αὐγοῦσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι, χρυσοῖς τε νομίσμασι καὶ τὴν αὐτῆς ἐκτυποῦσθαι εἰκόνα· ἤδη δὲ καὶ ἐπι-

σαυρῶν βασιλικῶν παρεῖχε τὴν ἐξουσίαν, χρῆσθαι κατὰ προαίρεσιν καὶ διοικεῖν κατὰ γνώμην, ὅπως ἂν ἐθέλοι καὶ ὡς ἂν εὖ ἔχειν αὐτῇ νομίζοιτο ἕκαστα. τοῦ παιδὸς αὐτὴν κἀν τούτοις διαπρεπῆ καὶ ἀξιοζήλωτον πεποιημένου. διὸ τῶν εἰς αὐτοῦ μνήμην ἀναφερομένων, κἀν ταῦτ᾽ εἰκότως ἡμῖν ἀνειλῆφθαι, ἃ δι᾽ εὐσεβείας ὑπερβολὴν μητέρα τιμῶν, θεσμοὺς ἀπεπλήρου θείους, ἀμφὶ γονέων τιμῆς τὰ πρέποντα διαταττομένους. τὰς μὲν οὖν λεχθείσας φιλοκαλίας, βασιλεὺς πρὸς τῷ Παλαιστινῶν ἔθνει τόνδε συνίστη τὸν τρόπον· καὶ κατὰ πάσας δὲ τὰς ἐπαρχίας νεοπαγεῖς ἐκκλησίας ἐπισκευάζων, μακρῷ τῶν προτέρων τιμιωτέρας ἀπέφαινε.

A Quinetiam theſaurorum regalium poteſtatem ei Conſtantinus conceſſerat, quibus pro arbitrio & ex animi ſui ſententia, prout libitum eſſet uteretur. Nam & in hac parte matrem ſuam conſpicuam & beatam omnium judicio reddidit. Quocirca ex iis quæ ad memoriam illius illuſtrandam pertinent, non immeritò hæc etiam aſſumpſimus, quæ Imperator pro ſingulari ſua pietate in honorem matris ſuæ geſſit, dum divinis obtemperat legibus, quæ filiis debita in parentes officia injungunt. Hujuſmodi pulcherrima opera in Palæſtina Imperator, uti diximus, exſtruxit. Sed
B & in reliquis provinciis novas à fundamentis ædificans Eccleſias, multo auguſtiores quàm quæ antea erant, effecit.

Κεφ. ΜΗ΄.

Ὅπως ἐν Κωνσταντίνου πόλει μαρτύρια μὲν ᾠκοδόμησε, πᾶσαν δὲ εἰδωλολατρίαν περιεῖλε.

Τὴν δὲ γ᾽ ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν ἐξόχῳ τιμῇ γεραίρων, εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδρυνε, μαρτυρίοις τε μεγίστοις καὶ περιφανεστάτοις οἴκοις. τοῖς μὲν πρὸ τοῦ ἄστεος. τοῖς δ᾽ ἐν αὐτῷ τυγχάνουσι· δι᾽ ὧν ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν μαρτύρων μνήμας ἐτίμα, καὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν τῷ τῶν μαρτύρων καθιέρου θεῷ. ὅλος δ᾽ ἐμπνέων θεοῦ σοφίας, ἣν τῆς ἐπηγορίας τῆς αὐτοῦ πόλιν ἐπώνυμον ἀποφῆναι ἔκρινε, καθαρεύειν εἰδωλολατρείας ἁπάσης ἐδικαίου. ὡς μηδαμοῦ φαίνεσθαι ἐν αὐτῇ, τῶν νομιζομένων θεῶν ἀγάλματα ἐν ἱεροῖς θρησκευόμενα, ἀλλ᾽ οὐδὲ βωμοὺς λύθροις αἱμάτων μιαινομένους. οὐ θυσίας ὁλοκαυτουμένας πυρί. οὐ δαιμονικὰς ἑορτάς, οὐδ᾽ ἕτερόν τι τῶν συνήθων τοῖς δεισιδαίμοσιν.

Caput XLVIII.

Quomodo Conſtantinopoli martyria conſtruxit, omnemque idolorum cultum abolevit.

Cum verò civitatem nominis ſui ad ſummam gloriam extollere inſtituiſſet, plurimis eam oratoriis exornavit, ampliſſimiſque martyriis & ſplendidiſſimis ædibus; partim in ſuburbiis, partim in ipſa civitate conſtructis. Atq; hoc modo ſimul martyrum honoravit memoriam; ſimul civitatem ſuam ipſi martyrum Deo conſecravit. Totus de-
C nique ſapientia Dei exæſtuans, urbem illam quam appellatione nominis ſui inſignire decreverat, omni idolorum cultu uſque adeo vacuam eſſe voluit, ut nuſquam in illa falſorum Numinum ſimulacra in templis colerentur; ac ne aræ quidem victimarum cruore contaminatæ, nec hoſtiæ igne conſumptæ cernerentur; nec dæmonum feſtivitates, nec quidquam eorum quæ apud ſuperſtitioſos vulgata ſunt, ibidem ageretur.

Κεφ. ΜΘ΄.

Σταυροῦ σημεῖον ἐν παλατίῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν κρήναις.

Ἴδες δ᾽ ἂν ἐπὶ μέσων ἀγορῶν κειμέναις κρήναις, τὰ τοῦ καλοῦ ποιμένος σύμβολα, τοῖς ἀπὸ τῶν θείων λογίων ὁρμωμένοις γνώριμα. τόν τε Δανιὴλ σὺν αὐτοῖς λέουσιν ἐν χαλκῷ πεπλασμένον, χρυσοῦ τε πετάλοις ἐκλάμποντα. τοσοῦτος δὲ θεῖος ἔρως τὴν βασιλέως κατειλήφει ψυχήν, ὡς τοῖς ἀνακτόροις τῶν βασιλείων κατὰ τὸν πάντων ἐξοχώτατον οἶκον, τοῦ

Caput XLIX.

D *Signum crucis in palatio, & imago Danielis in fontibus.*

Vidiſſes igitur in fontibus qui ſunt in medio foro, boni paſtoris imagines, divinorum oraculorũ peritis notiſſimas; Danielis item effigiẽ unà cum leonibus ære expreſſam, & auri bracteis refulgentem. Tantus porrò divini Numinis amor Imperatoris animum occupaverat, ut in totius palatii eminentiſſimo cubiculo, in maxima tabula, quæ in